

Liber III

De satisfda.

potest dum tamen ad hoc apta constituitur et procurator absente aduersario et etiam igno-
rante eo qui procurator constituitur. sed dñe
qualiter constituitur tutores et procuratores. Fra-
ter hoc in primo libro habuisti. h. dicit.

De satisfdatione. Rub.

Quoniam continuatio huius rubricae per in hunc
modum. Superius dicit dominus iustus de
his qui alieno nomine agunt. sed quia
nemo sine satisfdatione alieno nomine est idone-
us procurator. ideo hic subiungit de satisfda-
tione illorum qui per alios agunt dicens. Satis-
fdationum ratio. Hodie satisfdationis alius fu-
it olim. alius est hodie. Apud antiquos ita
erat olim quod quicumque conueniebat actio in
rem et suo nomine. ipse debebat satisfdare sibi
hac forma. quod si victus esset rem restitueret
vel litis estimationem. et super hoc dabat bonus
fideiussores et licebat petitori agere cum ipso
re vel cum eius fideiussores et ista satisfdatio
vocabatur olim iudicatum solui. quoniam pos-
nebat per iudicatum soluendo et multo fortius
debebat prestare istam satisfdationem qui con-
ueniebat in rem actione et nomine alieno.
Sed quid erat de eo olim qui agebat actio-
nem in rem. Frater autem agebat nomine suo. et tunc
non cogebatur satisfdare dominum suum rem rata
habiturum. Pertinuit enim alius esset ipsi reo
ne ipse dominus iterum ageret pro eadem re
procuratores etiam et curatores qui agebant
actionem in rem nomine pupillorum vel adu-
torum eandem satisfdationem interponere
solebant. Sed quid erat olim in actio-
nem personali. Frater in persona actoris idem intelli-
gitur quod in persona rei. In persona tamen rei
est differentia quia in personali actione reus
si suo nomine conueniatur nullam satisfdationem
prestare de iudicatum soluendo. Si autem
alieno nomine conueniatur in actio personali.
tunc necesse habet satisfdationem prestare do-
mum solui. quia in aliena re nemo idoneus de-
fensor sine satisfdatione intelligitur. hoc dicit
usque ad §. illam. Sed hoc hodie. Nec de-
bet esse proprius. §. quia usque ad illum du-
rat materia antiquitatis. et quibus multa verba
contineat ista antiquitas. tamen realiter non
sunt tibi nisi ista duo. scilicet quia olim in actione
reali reus tenebatur satisfdare. siue suo nomine siue
alieno esset puerus. In actio personali si suo
nomine esset puerus. non tenebatur satisfdare. Si

autem alieno nomine conueniebat. tunc tenebatur satisf-
dare. Et nihil aliud dicit tota ista. Sed
hoc hodie ratio. In superioribus dixi quod conuen-
tus actio in persona non tenebatur iudicatum solui
satisfdare. sed puerus in re actio suo nomine satisfda-
tione tenebatur iudicatum solui. sed hodie aliter est. Siue enim ho-
die aliquis conueniatur in rem siue in personam et
suo nomine non tenetur satisfdare de iudicatum solui. sed te-
netur satisfdare iudicatum solui usque ad terminum li-
tis et in ista cautione quibus statim sue permissioni
cum iurando. aliquis siue nude permissioni
aliquis sit ista cautio per bonos fideiussores
sine qualitate persone si fuerit extraneus. Si
enim fuerit patronus vel parens quilibet fidei-
ussores idoneo habet. h. dicit. Si autem procurator
et. Supra dictum est quod si aliquis suo
nomine conueniatur quod nunquam satisfdabit de iudicatum solui.
sed solum prestabit cautionem usque ad terminum
litis. sed quid si quis litiget per procurato-
rem. Frater per procuratorem potest actor li-
tigare vel reus. Et primo videamus de illis qui
litigant per procuratorem et persona actoris. Tunc
enim necesse est quod caueatur de rato si dubitet de
mandato. Si enim constat de mandato. tunc
non tenetur caueatur de rato. sed qualiter potest
rit constare de mandato procuratoris. Fra-
ter tibi dico de mandato procuratoris constabit
si mandatum est actio institutum. vel si
dominus litis in iudicio est presens et in iudicio
procuratoris personam confirmauerit. Idem
observandum est de tutore et curatore volente
te agere per procuratorem. Circa §. istum nota
ta. quod §. iste loquitur in persona actoris. §. autem
sequens in persona rei. Item nota quod nunquam
reperio in. l. quod aliquis excusetur a satisfdatione
omne de iudicatum solui. plerumque quidam tamen
hic allegabant. §. sequens. sed non intelligunt
se bene. tamen reperio quod aliquis excusetur per li-
teras a cautione de rato. si quis cautio. l.
si quis absente. sed cur hic tam varie. Fra-
ter respondeo quia licet non faciunt satisfdationem
sed licet autenticam faciunt constare de
mandato. et ideo per literas releuat de a cau-
tione de rato sed licet non faciunt cautionem. quod
per oblige. inter absentes precepta non valet
nec est pro eis. §. qui loquitur in persona
rei. quare debent intelligere inter presentes
hoc est quando ambo tamen reus et actor erant
presentes et tunc cautionem exposuit reus
qui absens per procuratorem agit. De hoc